

illius erat, & consultive nominationis, quam aliquando Prelati a Parochianis, & Populo exigere solent de Clericis, ex quibus status Rechor eligatur, ad not. per *Canonistas in c. quod ad Deicimorem, de statu Monachorum, Cavaler. deci. 416. num. 1. cum simil. ad effectum felicet*, ut idem Prelatus, ex pluribus ita per populum approbat, ex propria justificione, & authoritate eligat alios sibi bene viros, cum ita cesset facultas procreativa, & jurisdictionis laicorum, & recte satisficeret populis, multique inconvenientibus consideraretur.

**COLONEN. MONASTERII S. CORNELII  
A D I N D A M**  
**PRO ABBATE, ET MONASTERIO  
C U M A R C H I E P I S C O P O .**

*Casus disputationis in Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularem, & ab querela solutione remissus ad Roiam,*

An & quando Ordinarius loci jurisdictionem habeat etiam ordinariam in Monasterio Regulari, ejusque Abbatem, & Religiosos, ubi agitur de illis Monasteriis, quæ cum aliis non connectuntur, sed reguntur de per se, & independenter; An scilicet exemptiones generales competentes Religionibus capiant hæc Monasteria.

**S U M M A R I U M .**

- 1 In partibus Ultramontanis plura Monasteria regularia regunt singulariter, & de per se independenter.
- 2 Casus controversie.
- 3 Degeneratio exemptione Monachorum, & regularem ex Synodo celebrata sub Divo Gregorio Magno, & n. 8.
- 4 Hodie universus ordo regularis est exemplis.
- 5 Causa exigentis probationes, & processum remittuntur per Sac. Congreg. ad Judicis ordinarios.
- 6 Congregatio Caffinensis non exercitat Italiam, ejusque privilegia non convenientia Monasterii Ordinis S. Benedicti extra Italiam.
- 7 De origine, progresso, & divisione Ordinis S. Benedicti.
- 8 De eadem exemptione generali Regularium, de qua n. 3.
- 9 De differentia in proprio exemptionis iure Religiosis, que reguntur per viam universitatis, & Monasteria singulare.
- 10 Regensur aliqua exemptionis, vel subjectionis argumenta.

**D I S C . XXVIII.**

**C**um in partibus Ultramontanis, praesertim vero, ac frequenter in Germania, quamplura adhuc Monasteria Regularia, independenter, & de per se cum proprio Abate, & Capitulo se regant, absque communicatione cum aliis Monasteriis, five Universitate Religiosis, seu Congregationis, ut habeant in Trieren, unionis dec. 24. pars. 9. recent. & in aliis, Cœlus natura, seu qualitas est Monasterii S. Cornelii ad Indam Ordinis S. Benedicti Congregationis Bruffaldensis, sicut in aliis Regularibus Coloniens. Atque Archepiscopo præsideret, illud sibi ju. 2. re ordinario in omnibus est subiectum, praesertim vero cura visitationem: E conversione autem ex parte Monasterii prætenderetur exemptione generaliter competens Monachis; Vel ex generale exemptione Monastico Ordini concessa in Synodo habita sub Divo Gregorio Magno anno 1601. de quo 3 in Canone, quam si necessarium 16. quæst. 2. Baron. in annal. eodem anno 1601. Pafian. tom. 3. de statu b. monum. question. 180. num. 10. in p. 10. n. 9. & ceteri. Vel ex privilegiis specialibus Ordinis S. Benedicti concessis per Clementem V., Benedictum XII., & Eugenium IV. Vel demum ob generali communicatione privilegiorum, que habentur inter Religiosis, ob quam, five directe, five indirecte universi fuis ordo Regularis de facto exemptus est, ut adverturn Cocher. de ur. & scilicet in exemptions, p. 1. quæst. 17. num. 9. Barb. de Episcopo alle. 105. num. 3. Tambur. de vir. Abb. tom. 1. dip. 15. quæst. 2. & ceteri apud eos, & apud Frances Episcopum Barbatrien. in Paforali. Regul. part. 2. q. 2. ulte late de hac materia exemptionis Regularium, quæcumq; origine, & introductione.

Otrae desuper controversia, & re delata ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, post binam disputationem, cum multa hinc inicte invicem pugnauerint, ac supponerentur in facto, que probationes,

ac formalem processum requirebant, & ex quibus, exemptions, vel repective subjectionis decisio pendere videbatur; idcirco nulla capa a resolutione, ad normam Constitutionis 74. Sixti V. causa, tanquam exigens formalem processum, & relata subjectionem, remissa huius ad Rotam, ubi pendet indecisio, quod huc nique licet am.

In dictis autem disputationibus habitis in Sac. Congregatione, tres fuerunt inspectiones, seu puncti; Primo scilicet, an illud Monasterium centendum esset Ordinis S. Benedicti, ita & taliter, quod ei convenient Apostolica Constitutiones concedentes privilegia exemptiva, & præterim vero, 2. & 9. Innocentii IV. Secundu, an poena negativa suffragante exemplo generali competens universo Ordini Monastico, omnibusque Religionibus, Regularibus, vel directe, vel per communicationem, ut supra; Et tertio circa speciales facti circumstantias, que respectu huius Monasterii quod exemptionem, vel subjectionem respectu concurrebant.

Quod primum, scribentes pro Archiepiscopo in eo inserviant, quod originalis exemptione competens Monachis Nigris Ordinis S. Benedicti, confituntibus in Italia Congregationem, que B. Juffina de Padua, seu Caffinensis dicitur, proveniret a dictis Constitutionibus 2. & 9. Eugenii IV. percipientibus tantum dictam Congregationem; Hinc intendendo, eas suffragari non posse huc Monasterio, upone nullam connexionem habenti cum dicta Congregatione non egrediente limites Italie, & consequente, quod illud Monasterium, five esset Ordinis S. Benedicti, five cum quicunque alterius ordinis, remanseret sub dispositione juris communis, qua auctenta, & celsitudibus privilegiis exemptionis, ex magis communi, & vera opinione, que infra in secunda inspectione, Monachi, seu Regularis, admittantur reliqui cleri, & populi, subiecti jurisdictioni, ac legi discipulane illius Ordinarii, intra cuius dictis limites vivunt.

Scribentes pro Monasterio, non negabunt, dictis Constitutionibus Eugenii IV. percutere solent dictam Congregationem Caffinensem, non egrediente limites Italie, prouidentes quod non complectentur illud Monasterium, quod ab eiusdem Congregationis Praesidente Generali, aliique Superioribus, nullata habet dependentiam, quæcumq; profectores dicuntur de Congregatione Bruffaldensi. Dicentes tamen, non exinde resiliunt, coruendam scribentibus assumptum, seu consequentiam, quod scilicet illud non esset Ordinis S. Benedicti, quasi quod ille ad hanc secundum Congregationem retinetur; Hoc enim crat aquivocum clamum, quale etiam reputarunt fuit per Sac. Congr. que in hoc pincio nullum habuit difficultatem, quod scilicet illud Monasterium esse etiam dicti Ordinis S. Benedicti.

Ad quod probandum, afflamento materiali ab alto, seu origine dicebam, S. Benedictum in loco, qui dicitur Sublacus, instituisse ordinem Monasticum, qui in Ecclesiastina, seu occidentali forte fuit primus, per universum Orbeum mirificus, & qui ad differentiam multarum Congregationum, seu Reformationum filiarum ab ista Religioni tamquam a matre emanantium, ut sunt Cistercienses, Cistercienses, Calixtini, Charybini, Camaldulenses, Olivetani, Montis Virginis, Vallombrosae, & alia, ab antiquo nuncupari consueverunt Monachi Nigris, ut liquet ex Clementina prima de statu Monachorum, ubi Monachi Nigri nuncupantur, & ex constitutione V. Benedicti XII. edita pro huius Ordinis bonorum regimini, tibi dicitur, illam a mari uia que ad mare se dilatasse, atque per universa Orbis climata se illustrasse; Unde propter convinebant manifestus error dicti assumpti, quod scilicet Ordo prædictus restitueret effici ad Congregationem Caffinensem citra montes retinctorum.

Et in spece huiusmodi religiosis de Congregatione, seu Observab. Bruffaldensi, in Germania, quod sint Ordinis S. Benedicti, habentur in Salamanca Cœculæ 9. Decemb. 1618. & 23 Junij 1659. coram Certo imprel. post collationes Bonelli dec. 56. praesertim in prima, in quibus decisionibus, ex Bellamer. cons. 32. num. 22. & alii habentur, Apostolicas Constitutiones loquentes de Monachis Nigris, convenientiis Benedictinis, non autem Basiliensis, quamvis habent nigrum quoniam gestantibus.

Quiavero hic Ordo tractu temporis in variis annis edidit, diversaque seculis pastus est, ut patet ex totto. decretalium de statu Monachorum, praesertim capit. cum Monasterium, ubi in specie de Monasterio Sublac. & ex dicta Clem. I. eodem titu. ac dictam ex Constitutione V. Benedicti XII. unde vel forte ex primo instituto, vel ex subsequente introductione, singula Monasteria, etiam in Italia, singulariter, & de per se regebantur, eo modo, quo in Germania,

aliaisque partibus Ultramontanis, etiam hodie praecedit, unde relaxations a regula, aliquæ abusus prodierunt; Idcirco in aliquibus Italie partibus prodit quodam ejusdem Ordinis reformatio, que Congregatio unitatis, seu de observatione nuncupari caput, frequentiori autem vocabulo Beatae Juventine de Padua, quia forte ibi initium habuit, cui Congregationis Eugenii IV. in dictis Constitutionibus multa concessit privilegia, illud præterim amplissimas exemptiones à quacumque Ordinariorū jurisdictione, & superius.

Cum autem Monasterium Caffinense, in quo S. Benedictus Ordinis institutor ultimam letem habuit, ac mortuus est, dari soleret in Commendam Cardinalibus, vel Prelatis, Julius II. per quod Constitutionem primam, illud proprio Abbatu regulare restituit, ac etiam uniuersitatem Congregationi, cuius Caput in futurum esse debet; Et ea ab ipso nomen acciperet, Caffinensis proinde nuncupata; Atque five posteriore tempore illius instar, five prius in aliis mundi partibus, alii producunt Congregationes subdiversi Constitutionibus, & privilegiis, diversitate Prelatis, & modis recte, & inter quas præferunt eft illi Bruffaldensis in Germania, cum ea differentia, quod plerique eisdem instituti Monasteriis vicem connectunt, tanquam plura membra unum corpus, seu unam Universitatem constituta, aliusnam dicere Congregationis Caffinensis; Plerique vero reguntur singulariter, ac independenter. Et sic bene dicebatur per scribentes in contrarium, dictas Constitutiones Eugenii IV. aliaque privilegia concessa Congregationi Caffinensi, non convenientiis huius Monasterio, & similibus, non inde tamen infercentur ad aliud assumptum, quod non esset Ordinis S. Benedicti.

Quare tota disputatione perirebatur secundum punctum, in quo iiscribens pro Monasterio tamquam Advocatus, deducemus dictam exemptionem generali ex Synodo Gregorii 4. de anno 601. relatus per Potonium, Pafserium, & alios supra initio allegatos; Addendo etiam respectu huius Ordinis S. Benedicti, magnam verisimilitudinem, quod cum contumulo spatio annorum circiter 200, per successum ordinem 25. fere Pontificis eius alumno habuerit, protius improbatum videbatur, quod hec, & alia longe ampliora ei concessa non essent privilegia, illud præferunt generalis exemptionis, quo de factu quelibet, quamvis exigua, & obiecta Religio potuerit.

Vetus effectu ad veritatem, contrarium credebam probabilius, tum quia verius, ac magis communiter receperunt est, cestantes privilegia particularia, Regulares tam quod Ecclesiæ, quam quoad personas, subiecte Ordinariis locorum, & comprehendit sub generalitate, text. in cap. epist. Basilice 16. question. 7. ut antiquitoribus allegatis habetur apud Tamburini, Barb. Frances, & alios supra initio allegatos, Fagnani, in cap. n. 3. n. 3. de excess. Prelatorum, Rota dec. 53. num. 2. pars. 1. rec. & plene, ac eruditè comprobatis Cardinals de Albiis in eundem responsiva de cœptione edita in Romana jurisdictione, seu futili Cardinalitatis, quod in ita, dec. 34. n. 1. quæst. & que dictationes habentur impresa in calce hujus tit.

Tum etiam magis in specie, quia id manifeste probatur per text. in cap. final. de statu Monachorum, ubi agitur in individuo de hoc Ordine S. Benedicti, & distinguuntur Monasteria exempta a non exemplis, ac probat etiam textus in cap. congre. de officio Ordinarii, ubi præsupponit facultas Ordinarii viuendi Capellos, & Ecclesias iterum Monachorum S. Benedicti; Idemque comprobatur observab. ex eisdem Constitutionibus Eugenii IV. concedentibus hanc exemptionem per speciem novi privilegii, quo supponit præcedentem fulbitionem, cum non detur acquitatio rei, que jam obtineatur; Ac etiam id clare comprobatur observatio, præterim in Germania, quod multi sunt Abbes exempli, confirmationem recipiente a Se de Apostolica tamquam huius immediatæ subiecti, alii vero ab Ordinariis locorum, & consequenter clara est contradicitione.

Neque dicta inverisimilitudo, quam alias more Advocati nimium exagerabam, aliquæ momenti videatur, quoniam magna differentia est inter eas Religiones, seu Congregationes, que in forma Collegiali, seu per Constitutionem Universitatis, reguntur cum Generali & Provincialibus, aliique Prelatis, ita omnia Monasteria, omnique professores sub eodem instituto vivant, eidemque Superioribus, & Visitatoriis subiectantur, & illa Monasteria, que singulariter, & de per se reguntur, cum in istis cestet illa ratio, ob quamvis abusus, & inconvenientia, practicabiles sunt exemptiones Regularium ab Ordinaria jurisdictione, à qua tamen ne-

qua omnino immunes existunt, cum subjacent etiam in plerisque casibus recentis per supra allegatos, præfertur per Barbos, de Episcopo dict. alleg. 105. Tamburini, Frances, Fagan, & alios ubi sup.

Hinc proinde, unicum fundamenum huius partis, restringebatur ad particulas facti circumstantias, ex quibus prætentebatur illud Monasterium repertum in qua posse fuisse exemptionis, ac immediata subjectionis Sedi Apostolica; Super quo tamen maturum judicium pro veritate efformari non potuit, cum totum periret a probationibus super facilius; Urgebant tamen ea, que ex parte Archiepiscopi deducabantur, præterim quod Abbas ab ipso Monasterio electus, confirmationem recipere ab Archiepiscopo, qui obedientiam, ac fidem promittere solet, quod est subjectionis argumentum, ut ponderatur in Maricen. Jurisdictionis apud Burrati, dec. 578. n. 9. & in eadem 18. Februar. 1647. coram Bisch. dec. 24. num. 37. pars. 10. rec. Magis vero stringebatur discreta aliorum Abbatarum in eadem dicto, aliquæ hujus regionis partibus existent, qui noviter electione exemptions à quacumque Ordinario, ac in immediate subjectionis Sedi Apostolica, ab ista confirmationem recipere solet, quod supponetur in hoc Abbatu non practicari; Quamvis è converso multæ dentur enunciati, super hujusmodi exemptione, cuius non levè argumentum refutatur etiam à confutandis, quod illud subiectio rati visitationis Nunzi Apoloticis, ad instar aliorum Monasteriorum exemplorum; Magnique momenti videbatur illud facti propositum, quod idem Archiepiscopus Colonus, seu ejus Officiale, illud Monasterium ultraferat ex ejusdem Nunzi Apoloticis delegatione.

**M E S S A N E .**

**PRO A R C H I E P I S C O P O .**

**C U M R E L I G I O N E H I E R O S O L Y M I T A N A .**

*Causa decisus per Sac. Congregationem immunitatis pro Archiepiscopo.*

De jurisdictione Ordinarii loci in exemptionis, praesertim in Milites Hierosolymitanos eius jurisdictionem turbantes, Erat posse eos excommunicare, seu excommunicatos declarare, corumque Ecclesiæ interdicto subiectare, non obstantibus specialibus privilegiis, ne excommunicari, vel inlati censoriis inmodum possint.

**S U M M A R I U M .**

*1 Casus controversie.*  
2 Ordinarii potest procedere ad censuras contra Regulares, exemptiones habentes privilegium in specie censurarum, ubi agitur de censuris lati a iure.

*3 Adulterio magis, ubi agitur de re notoria.*  
4 Item possunt excepti ab episcopis, & censuris affecti ob suam jurisdictionem turbat.

*5 Regulares præsumunt subiecti Ordinario.*

*6 Concessa jurisdictione censuris concessa omnia ea, sine quibus illa effectum sororizant porfici.*

*7 Privilegium competens regularibus, ne possint excommunicari, ac procedere in casibus, in quibus ipsi sunt subiecti Ordinarii; & de differentia inter ius commune, & Concilium Tridentinum.*

*8 Interdictum Ecclesie apponitur ob crimen personarum, & causis, ob quas illud apponatur.*

*9 Exemptio ab interdicto nunquam suffragatur illis, qui sunt ejus causa.*

**D I S C . XXIX.**

**C**um quidam Clericus inquisitus, vel à carcerebus, vel à manibus familiaribus Guriae Archiepiscopalis Meffanensis, in Ecclesiam Religionis Hierosolymitanæ, ejusdem Civitatis se confoverint, ministris vero dicta Curia Archiepiscopalis, illam exinde extrahendo, ad carcere traduxisse, quidam Equites & ministri, agerentibus hujusmodi extractionem, impote ab eis reputata præjudicialem privilegii Religionis, accedentes armata manu ad Palatium Archiepiscopale, cum non levè scandalo Promotorem fiscalem, qui erat Clericus in sacris persecutus, quemdam curia servientem lethaler vulneravit, & carceratum violenter ad eandem Ecclesiam reduxerunt; Unde Archiepiscopus

piscopos ser. ser. dictos Equites, aliquo sibi adhaerentes excommunicatos per publicos cedulones declaravit, ipsamque Ecclesiam interdicti subiecti; Adversus que recuperantem ipse Religione ad Sacram Congregationem immunitatis, ac prætentente, non potuisse Archiepiscopum contra formam suorum privilegiorum, Ecclesiam exemptam interdicto subiungere, eisque milites profectos excommunicare, assumptaque defuper disputatione de anno 1653, pro censuram validitate responsum fuit, & concessa nova auctoritate definitum fuit in decisio.

In his autem disputationibus, pro Archiepiscopo scribens, distinguendo cauam in duas inspectiones, unam scilicet super censuram personarum, alteram super illis locis; Quatenus ad primam pertinet, dicibam, difficultatem ratione privilegiorum, caderet posse, quoties ageretur de excommunicatione lata ab homine, fecus autem, ubi agitur de excommunicatione lata a iure, ut in praefatis ob violentias manus in clericos, & personas Ecclesiasticas illatas, ex Canonis si quis fauente diabolo. Ita enim secundo casu receptum est, Ordinarium, non obstante privilegio, quamvis speciales circa censuras, posse exemplos declarare excommunicantes, ex ea clara ratione, quod illi excommunicare non dicunt, neque propriam jurisdictionem, vel superioritatem exercere, sed solum declarare, seu denunciare illas censuras, jam ex iure dispositione incuras.

Denuo dicitur tamquam inducta favore animarum, est actus, qui exerceri potest etiam a non habente jurisdictione, non iuxta textum expressum in Clem. prima de prie. ubi Abb. Zabarella, & ceteri, quibus relatis hanc veriorem profiteretur Campanil, in diversor. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. numer. 42. Laurent. de Franch. ad concil. inter Episcopos Regul. q. 7. ver. contraria opinio, Genesi, in prax. Archep. Neap. c. 57. n. 1. Et hanc opinionem uti veriorem mature discutimus, inherendo pluribus aliis declarationibus antecedentibus, praetertim de annis 1620. & 1630. firmavisi Sac. Congreg. Concili in una Eystetten, 28. Augus. 1649, ubi in fortioribus terminis declarata fuit valida declaratio Episcopi super incuria censurarum contra Commendatorem Ordinis Theonucorum ob solam retentionem Clericorum, contra quem dictus Commendator prætendebat habere jurisdictionem, quam in effectu non habebat.

Dicquaque opinio videatur indubitate, quoties agitur de causa notoria, cum solis difficultates, juxta opinionem aliquorum praesertim Moralium, ut plurimum castum proprium suum, procedere possit quicunque auctoritate de factu dubio, in quo censurarum incurias, potius refutet ab ipsius Ordinarii declaratione, quia iustitia, & gravatoria pretendi potest, quam ab ipso facto, de quo puncto in praefatis disputationibus non fuit, itante facti notorietate.

Præterea, ubi etiam ageretur de censuris, alisque presibus ab ipso Archiepiscopo, & sic ab homine ratio delicti illatis, adhuc tamen jurisdictionis incompetente prætendit non poterat, dum delictum constibet in iuria ipsi Archiepiscopo illatis, siue quae jurisdictionis turbae, ob quam iudex, cuius maiestas lata fuit, quantumvis alia incompetens sit competens, quia exceptus ita turbatio, & offendendo judicem incompetentem, dicitur illius jurisdictionem prorogare, juxta Glos. in cap. 1. de officio delegari, ubi communiter Canonist. & Civile in l. additio. C. de Sacraf. Ecc. de quibus Genesi in prax. Archep. cap. 11. & magis in terminis c. 16. num. 6. ubi de Regularibus injuriam inferentibus Episcopo, episcopo jurisdictionem turbantibus, Farinac. q. 114. num. 67. & seqq. & conf. 134. lib. 2. Kochier, de jurisdictione in exemplis par. 2. q. 45. Sperel. decr. 86. num. 5. & 6.

Et licet scribentes pro Religione responderent, text. in cap. 1. de officio delegari, cum ibi notatis, procedere in judice delegato, de quo loquitur; Replicabam ramen fortius procedere in Ordinario, cuius jurisdictione est major, ut explicat Farinac. decr. 1. 114. num. 75. & seqq. ubi num. 78. habetur, quod respectu Ordinarii est indubitatum, fortius vero in Episcopis, & locorum Ordinariis, ob natum & habitu[m] jurisdictionem, quam ante privilegia habebant etiam cum Monachis, alisque Regularibus, & exemplis, ut dicitur, præcedat.

Clarissimæ duplice circumstantia accende, una nempe, quod contentio non erat cum factu penitus incompetente, qui nullam nec actu, nec habitu jurisdictionem haberet, sed utrum cum Diocesano habuit, ac de jure antea habiente jurisdictionem ordinariam cum omnibus Regularibus, qui morte reliqui cleri, & populi subiacebant ejus jurisdictioni, a qua per privilegia exempti sunt, unde propter ea corum

exemptio non est nativa, & omnimoda, sed dativa, tollens quidem jurisdictionem; exceptum, non autem habitum, id est que facilis admittitur prorogatio, tanquam reversalis ad suam primayam, & antiquam eam. Maximè quia etiam hodie in pluribus casibus locorum Ordinarii, actualiter etiam jurisdictionem in Regulare, & exemptos retinent, ex deductis per Kochier, d. 9. 45. Campanil, in diversor. rubr. 12. cap. 13. & Barbol. de alleg. 105.

Altera etat fortior circumstantia, quod turbatio erat occasio extractionis ab Ecclesia, & sic in causa, in qua Ordinarius, necum in locis exemptis, sed etiam in illis Nullius, habentibus proprium Prelatum cum omnimoda jurisdictione, ac territorio separato, ex Constitutione Gregorii XIV. delegatam habet jurisdictionem, id est que dicibam esse in terminis praecis text. in dicta cap. 1. de officio delegati. Quoniam concessa jurisdictione circa aliquam rem, concebat etiam censuram omnia ea, sine quibus illas res explicari non potest, ad ext. in l. 12. ff. de jurisdictione omn. iudic. cum concord. per Bellon. jun. de mandata jurisdictione cap. 8. q. 15. Rot. decr. 163 par. 6. recr. m. 1. & seqq. alias apud Merlin. decr. 610. & seqq. d. 6. 20.

Licet plerique DD. ex in parte Religionis deduci velint, privilegium Regularium, vel exemptorum, ne possint a locorum Ordinariis excommunicari, vel interdicti, suffragari etiam in illis casibus, in quibus ceffante exemptione, non est eidem Ordinarii subiecti, ut per Sanchez de matr. lib. 7. ds. p. 33. num. 23. & ad precepta Decalogi rom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 14. Lezana in Summar. tom. 1. cap. 11. num. 14. Laurent. de Franch. contro. Regular. q. 17. apud quos ceteri. Replacabam tamen, etiam cum sensu veritatis, hujusmodi opinionem eis forte substantibilem in terminis juris communis, ex dispositione text. in cap. 1. & in eo, de præzel. in 6. fecus autem hodie post Concil. Tridi. per quod in casibus, in quibus Regulares, & exempti Ordinariorum jurisdictione subiecti, istis concessa est iudicanda, porcas coherendi, cum revocatione omnium, & quoniamcumque privilegiorum, ut probat Genesi. in prax. Archep. cap. 1. cap. 39. n. 9. Leo in Thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 8. num. 39. Navar. in Lucerna Regular. ver. excommunicare in principiis, cum aliis per Barbos. de Episcop. d. 13. allegat. 105. numer. 13. atque ita declaratum suffit per Sac. Congregationem Concilii 7. Februario 1633. telatur Lezana in Summ. tom. 3. verb. ex templo Regularium tract. 13. Et quamvis ipse subiungat hujusmodi declarationem intelligendum est quod eos Regulares, & exemptos, qui hoc speciale privilegium non habent, Dicibam tamen hujusmodi observationem, nullum haberationis, vel autoritatis fundamentum, quia ob specialia privilegia singulis Religionibus per Sedem Apostolicam nimia benignitatem concessa, sive per generales communicationes privilegiorum, nulla foris in Ecclesia Catholica aderit Religio, quia hujusmodi privilegium habere non praetendat, id est que dicibam, Moralium auctoritatibus in propositione non esse, quamvis alias doctis, & probatis, utpote testibus in causa propria. Cum enim Concilium Tridentinum quæcumque privilegia talibus causis tollat, nil remaneat, quod Ordinarii impedit, ne censuras profere possint contra exemptos, eodem modo, quo in reliquo elemrum, & populum subditum, iure suo primo, & Ordinario, & ex antiqua natura jurisdictione, tanquam per remotionem obstacul, quod privilegia infererant. Ad instar habentis naturaliter membrorum validas, sed ex accidentali vinculatio, quia vinculat solum, operari dicunt iure suo primo, & nativo, non autem ex novo, & dativo a dissolutione resultante, ut et communis Beneficialitatum traditio in materia indutorum, quo Ordinarii conceduntur super conferendas beneficis reservatis, licet hodie ob modernam indutorum formulam, magis receptum sit, id jus delegatum importat.

Quo vero ad interdictum Ecclesie, prudenter ac fundatè dicibam, ad illud processum esse, quia cum Ecclesia fuerit occasio scandali publici rationabile erat, ut publica demonstratio punitionis in eadem Ecclesia ferret; Non obstante eisdem Ecclesia exemptione, cum haec localis non competat ratione ipsius loci materialis, qui tanquam res inanitata, sicuti est incapax delicti, ita etiam pene, vel privilegiis; Sed haec omnia respectu competunt ratione personarum ministrantium, id est in loco adjunctioni censuræ in personam personarum, sub quarum regimine est Ecclesia, seu in personam populi in eadem Ecclesia Sacramenta, & divina recipiens.

Ut de interdicto apponendo in loco, Provincia, vel Civitate, ob delictum Principis, seu Magistratus, vel ecclesiastica nota-

notabilis pars populi, Archidiac. in. sententia, per illum text. de sentent. excommunic. in 6. Felin. Dec. & ali in cap. fine de officio deleg. cum concord. per S. decr. 1. lib. 5. c. 11. num. 6. & 9. Cowart. in cap. alma mater, p. 2. & 1. num. 4. Ideoque cum persone, quamvis excepte in proprio, ut supra, subiaceant jurisdictioni Ordinarii, multo magis coram Ecclesia subiacebant.

Nunquam enim exempti, ab interdicto suffragati potestis, qui sunt ejus causa, ad text. in c. licet de priu. in 6. Kochier. in ver. dicitur, in exempl. lib. 4. q. 14. num. fin. ac in specie id probatur per text. in t. r. & plantare, fin. de priu. ubi exprestis statutis, quod Religiosi, qui jura Episcoporum sibi arrogant, Episcopo sunt subiecti, & eorum Ecclesia interdicto subiectiuntur; Ergo Ecclesia subiecta est interdicto ob delictum Religiosorum in ea existentem, praesertim quia delictum nomine Ecclesie, & pro eis causa commissum erat; Et ex his per dictam S. Congregationem immunitatis, ut supra infrastatum est, anno 1633, pro censuram validitate responsum fuit, atque in nova audiencia Religioni concessa, confirmata fuit resolutio, que mihi ad veritatem reflectendi, vifa fuit justa, & bene fundata, quamvis nimis fuerint disputationes defuper habita, tanquam in causa exempti, & in dictione faciente statutum.

#### ANNOT. Ad Disc. XXIX. cum tribus seqq.

**D**E antiquo statu Regularium antequam supervenirent Apotholica privilegia super eorum exemptionibus, & in quibus iste moderata fuit, vel suffragantur, neque cum aliis ad eandem materiam exemptionis Regularium agunt in sua materia sub tit. de Regular. dicitur. & in Miscell. Ecclesiast. dicitur. q. 14. cum plurib. seqq. & aliquip infinitus occasio exemptionis decimaliter in sua materia sub tit. de dicim. dicitur. & sequitur occasio accessus ad processiones in ador. ad S. C. T. dicitur. 2. 3. & 36. & alibi. Arque de causa praeciso, de quo agitur in hoc dicitur. si mentio intra in Neapol. & Sicilia.

Cumque post longum silentium novus Prior Messiane adferat Sacra Congregationem Immunitatis aduersis resolutiones, atque in eius perlungum anno 1674. idcirco denuo de iusto calo agitur infra, dicitur. 104.

#### F A N E R. V I S I T A T I O N I S.

##### P R O E P I S C O P O

##### C U M P P. M I N O R I B U S O B S E R V A N T I B U S L O C I C A R T O C G E T I .

*Causa decisus per S. Congregationem Concilii pro Episcopo.*

**D**E Jurisdictione Ordinarii in Ecclesia seculari, quamvis per Regulares & exemptos possessa, & officiata, quia propterea naturam non immunita, neque Regularis effecta est.

#### S U M M A R I U M.

*1. Causa controversie.*  
*2. Que jurisdictione competit Ordinario in Ecclesia Regularium.*

*3. Ecclesiæ seculari non immunitant earum Statum seculari, nam quavis concedantur ad usum Regularium.*

*4. Nemo potius refrigerare questionem dominii suo auctori.*

*5. Possunt esse due Ecclesiæ, in quibus cura exercetur, una principalis, altera adiutoria.*

*6. Ecclesia per invalidam alienationem non amittit possessio nem.*

*7. Dismembratio dicitur alienatio prohibita cadens sub extravaganti Ambito.*

*8. Quia requiratur ad inducendum beneficium presumptum.*

*9. Regulari sunt quandoque infensi Ordinarii locorum.*

*10. In Ecclesiæ seculari officiata per Regularibus Episcopo prese, vel etiam imposito cui competit jus celebrandi Missam solemnem.*

#### D I S C. XXX.

**R**ecta in dicto loco usque ab anno 1619. Conventu Minorum Observantiarum, Parochus dicitur Patribus confessi Ecclesiæ parochialem sub invocatione Sanctorum Petri & Pauli, stante alla Ecclesia, sub invocatione Sanctæ Mariæ, in commendatoriis suis posita, ubi Sacramenta populo ministeri poterant, sub tam tam lege, ut Ecclesia prædicta a signum primæ vestis, Plebis nomine, seu titulum confitit. Card. de Luca, Lib. III.

re poterat, cum hodie receperum sit, per hujusmodi invalidationem bonorum, vel iurium Ecclesie alienationes, illam non privari, neditum dominio, sed etiam possessione, habili etiam ad interdictum recinendae, ac frequens summiissimum remedium manutencionis, Cassador, decr. 7. num. 3. de canon. cap. & proprie. decr. 11. 215. & 518 apud Poitum de manus. decr. 8. 139. 226. & 275. pars. 6. rec. cum aliis per Poitum d. tract. obser. 57. n. 103. & seq.

Nullaten verò dicebam evidenter, quia dismembratio, seu transmutationis status, dicitur formalis alienatio, exigens solemnitatem, & causam ad preciosos limites extrahit. Ambitiosa, quam receptum est, locum sibi vindicante in hujusmodi iuribus incorporalibus, eodem adatusmodum modo quo in alienatione praediorum & rerum corporalium, ex deductis per Orthob. decr. 6. lata per Comen. dismembrationis 22. Iunii 1628. coram Corrado decr. 224. pars. 10. rec. Bonon. dismembrationis 22. Martii 1658. coram Veroipio, & habentur plures in materia beneficii, sub us. de beneficiis, vel sub altero de Parochiis.

Beneplacitum verò ex lapso temporis presumptum, in praefatis praeterea non poterat; nam quicquid sit an intraret, nemis Bulla Urbani VIII. de prejudiciali, excludens hujusmodi presumptionem præterquam ex centenaria, in quo verius est bullam non intrare, ut inter Ecclesias, & Ecclesiasticos ex alibi deducatur, hoc eadem rite, presertim in Alboric. iur. dict. 1. & 7. Adhuc tamen, antiquis terminis juris communis retentis, illa non intrabat, cum ad eius effectum, copulatively exigerentur, lapsus temporis, & pacifica continua observantia, ex deductis apud Orthob. decr. 220. edita in Acerne. hoc eodem rite, dict. 24. quia observantia hic ceperat, atque potius contraria concurrebat, neditum ex dictis functionibus, & attributis parochialibus, singulis annis fieri solitus, sed etiam ex continuis Episcoporum visitationibus jure ordinario, tanquam in Ecclesia seculari, & subdita. Et ex his de anno 1661. per dictam Sac. Congregationem Concilii, iustis, ac fundate pro Episcopo responsum fuit.

Mos enim est Regularium locorum Ordinariis sancti potest, se opponere conunque jurisdictionem evitare pro eorum exemptione conservanda. Eamdemigit prætensionem expertus fui, dum ante accessionem ad Curiam fere adolescentem munus Vicarii prius Capitularis, deinde Generalis in Patria gererem; Cum enim in Oppido Spinatiola Venetina dieccl., ad eft Ecclesiasticas sub invocatio- ne Sanctissime Annocationis, quam quidam Episcopus ita p�acario, & ad simplicem usum concepsit Minoribus Conventualibus, Conventum ibi eingentibus, referendo sibi iure illam visitandi ordinariauthoritate, tanquam Ecclesia seculari, curantur dicti regulares hujusmodi visitationes se opponere, verum oppositionem de facto cum proprij jurisdictione, non exceptata autoritate Sac. Congregationis, superaveri.

Consimilem tractavi controversiam in Sacra Congregatione Ritu anno 1657, pro Archiepiscopo Surrenitino cum Clericis Regularibus, Theatinis, nuncupatis; Cum enim eadem occasione introductionis dictorum Religiosorum in Civitatem, Archiepiscopo Provenialis de anno 1608. ab ipso beneplacito Apostolico, & confitu Capituli, aliquis solemnitatem non servans, dictis PP. concessis Ecclesiasticis S. Antonii principi Civitatis Patroni, qui erat secularis collativa, & in quo stat, adhuc continuat, dum Regiomontiana presentis disputationis tempore quidam Romanus Metropolitanus Primicerius actu possidebat, atque ex antiqua confitudine, in die qua dicti Sancti Commemoratio per quandam secularium Confraternitatem ibidem creata cum magni solemnitate & populi concursu solet, Archiepiscopus una cum Capitulo Metropolitanis; & rotulo clero regulari, tam Civitatis, quam subiuribus processionaliter accedere, ibique pontificaliter celebrare consueverat. Exorta est ex parte Theatinorum dubitatum, num Sede vacante, seu Archiepiscopo absente, infirmo, vel alias impedito, fuit etiam eo praefente, sed nolente celebratio, resoluimus affilientem, celebratio misse solemnis spectaret ad primam Dignitatem Capituli Metropolitanam, vel potius ad Propositum Theatinorum. Et introduxit causa in Sac. Rituum Congregationem, pro Archiepiscopo, & Capitulo prodit resolutio. Tum quia ubi etiam Ecclesia est Regularis, atamen cum hujusmodi solemnitas sit de Pontificalibus, ac celebratio sit occasio processionalis Capituli & cleri regularis, Vices Episcopi absentes, impediti, vel celebrare nolentes, supplenda sunt, non a Superiori, seu Prælato Regulari, sed a prima Dignitate, seu digniori Canonico Capitulo, ut de-

claratur per eandem S. Rituum Congregationem in una Firmaria de anno 1603, occasione missæ, quæ celebratur in processione rogationum, tentantur Novar. & Lezzana, de quibus Bartol. in summa Apofidicar. m. dict. 279. n. 2. qui causus est fortior, qui processio rogationum non solet esse functio Pontificalis, neque illam missam Episcopus pontificaliter celebra solet, ut in praefatis quando agitur de supplendo vices Episcopi, quod in omnibus est fieri per Regularem, sed faciendum est per dignorem performata Capituli unum, & idem corpus cum Episcopo constituentis.

Clavis vero, quia tractabatur de Ecclesia mere seculari, in suo antiquo & collatio statu, adhuc continuante, cuius solium precarium utrum Regulares habent, eodem modo quo ut supra in Eamen dictum fuit, unde propterea ceperant omnia, quæ in propria habentur de prærogativa Praetorium Regularium in locum tenitibus, & functionibus, quæ in eorum Ecclesiis Regularibus sunt. Cum haec non esset talis, tum ex clara voluntate Archiepiscopi concedentes, à subsequita obseruantia comprobata. Tum etiam ex detecto potestatis, quia nec volens Arch. episcopus, potuerit ab ipso forma, exarav. ambitiose, vel saltem ab ipso contentu Capitali, & solemnitatibus de jure communis requisitis, hujusmodi status transmutationem facere ut supra.

#### MEDIOLANEN. INTERDICTI

##### PRO ARCHIEPISCOPO, SEU EJUS CURIA,

CUMPP. CASSINENSIBUS PETRI INGLUSSIATÆ  
Casus resolutus per Sac. Congregationem Rituum contra  
